

Heinrich Rudolph Redecker Carl Friedrich Färber

## **Disputatio Inauguralis De lure Cesso**

Rostochii: Kilius, 1676

**<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn741631644>**

Druck Freier  Zugang




Abgetrocknetes Recht

RU für 1676.

Georg Radovius, Mus. 1a

Carl Friedr. Färber, Resp.

Mit Progr.



53

DISPUTATIO INAUGURALIS  
*De*  
**JURE CESSO,**

*Quam*  
Divinâ favente gratiâ,  
Ex Autoritate & Decreto  
Magnifici Jctorum Ordinis  
in Almâ Rostochiensi,  
sub PRÆSIDIO

*VIRI Magnifici ac Consultissimi*  
**DN. HENRICI RU-  
DOLPHI REDEKERI,**

Jcti famigeratissimi, Antecessoris hujus Aca-  
demix celeberrimi, Sereniss. ac Celsiss. Ducis Megapol.  
Consiliarii, nec non Consistorii Ducalis Assessoris

*h. t. DECANI spectabilis*

Fautoris sui æstimatissimi,

**PRO LICENTIA,**

Summos in utroque Jure honores ac privilegia  
ritè consequendi

*Publica placideque disquirentium censura  
submittit*

**CAROL. FRIDERICH. Färber.**

Gustroviensis Megapolitanus.

In Auditorio Majori,

*promotus in Dr. Grijpsballe  
No. 1082.*  
*Ad diem XIII. Aprilis, horis ante 6 pomeridianis*


ROSTOCHII, Typi vidue JOHANNIS KILII, Universitatis Typogr. Anno 1676.

DISPUTATIO IN ALCANTARAS

# JURE CESSO

Magistro Johanni Ordinis  
in Alma Matris Universitate  
SALUTEM PERPETUAM

DR. HENRIK RICH.  
DOLPHI RECTOR



ICH (am)gekauft, ansehe ich mich  
denk ich sehr, so will ich auch  
Columbus, der den Conditio, die ich  
a. 1492 ANNO

PRO LICENTIA

CAROL FRIDERICH

KÖNIGLICH UNIVERSITÄT ROSTOCK



uri operam daturum prius nosse oportet, unde nomen Juris descendat, qualesque admittat significationes: Est autem **JUS** à justitia appellatum, Teste J<sup>o</sup> Ulpiano *in leg. 1. pr. ff. de l. & l. quod variis accipitur modis in l. pen: & ult. ff. eod.* ex quibus tres præcipuè sunt attendendi, 1. denotat Præceptum. *Rubr. Inst. de l. N. G. & Civ. & rubr. de Origin. jur.* 2. Artem s. methodicam Legum digestionem *Rubr. de Inst. & jur.* & definitur *Ars æqui & boni l. 1. ff. d. 1.* inde studium juris *l. 1. §. 2. ff. eod.* 3. Illud, quod alicui competit vel respectu juris in re vel ad rem; & ita dicitur jus suum in definitione justitiæ *pr. Inst. & l. 10. ff. eod.* vid. *Magnif. Dn. Præses in Exam. jur. 2. quæst. 5.* Et ita hoc in loco denotat imprimis jus circa res incorporales, quæ in jure consistunt, veluti hereditatem obligationes, actiones & nomina per *§. 1. & 2. Inst. de reb. corp. & incorp.*

II. **CESSUM** autem dicitur à verbo cedere, quod interdum est, quasi discedere & suo loco alterum reponere, ut inquit Jacob. Menoch. *de retin. poss. rem: 3. n. 261.* Germanicè Jus cessu appellatur *das abgetretene Recht* / inter mercatores Transportum vulgò *Transport* Joh. a Sande *de Cess. act. c. 1. n. 9.* item ein Folge Brief: Ernest. Gothmann. *vol. 2. Consil. 54. n. 29.* Indè cedere actiones, in jure nostro civili nihil aliud est, quam præstare alteri actiones *l. 36. ff. de fide juss. & Mand. l. 31. ff. de act. em. l. 2. ff. Depos.* item exhibere *l. quod sapè 35. §. si res 4. ff. de contrab. Empt.* mandare alteri actionem, ut in suam utilitatem agat *l. 76. ff. de solut. & denique idem est ac jus suum in alterum,*

A

trans-

transferre d. l. 39. §. 4. ff. de contr. em. Johann. Brunnem. de Cess.  
Act. c. 1. n. 1. 2. 3. 4.

III. CESSIO juris s. Nominis & Actionis est (A) Translatio (B) juris (C) alicujus (D) contra alium (E) competentis (F) citra novationem (G) iusto præcedente titulo & causâ (H) in alium facta.

\* (A) Genua est translatio, quâ ab uno ad alium jus transfertur, uti adparet ex l. 2. C. de divid. tut. l. 1. C. de Fideiuss. l. 49. §. ult. ff. de acq. vel am. poss. (B) juris sc. Nominis & Actionis s. rerum incorporalium §. 1. & 2. j. de reb. corp. & incorp. quippè quæ traditionem propriè non recipiunt l. 43. §. 1. ff. de a. r. d. uti res corporales per §. 41. Inst. de R. D. sed quasi traduntur per cessionem, usum, & patientiam l. 1. §. fin. ff. de S. R. P. l. 20. ff. de Servit. itaq; quasi possidentur l. 11. §. 1. de publ. in rem act. l. 2. de S. R. P. Hahn; ad Wesenb. tit. de A. R. D. n. 3. Ludvvel. Exerc. iust. 4. th. 3. lit. C. Cessio tamen in rebus incorporalibus idem operatur, quod traditio in rebus corporalibus Menoch; d. l. rem. 3. n. 260. (C) Ejus sc. qui rectè sua jura cedere potest. vid. ib. 16. (D) contra sc. cedentis s. cessi. nominis debitorem, de quo ib. 21. (E) quænam sint illa competentia & cessibilia jura vel non, de iis à t. §. ad 12. (F) Differt enim Cessio ab ipsa Novatione (1) quod in Novatione fiat prioris debiti in aliam obligationem translatio & transfusio l. 1. ff. de Novat: in cessione verò prior obligatio non tollitur, perimitur, aut nova constituitur, sed eadem manet, fit enim non mutatio obligationum sed personarum (2) Novatio fit manente eadem quæ antea obligata erat personâ l. §. 1. l. 31. pr. ff. de Novat. In Cessione verò nominum semper nova persona requiritur, cum creditor in alium jus suum transferat. Joh. à Sande de Cess. act. cap. 13 n. 12. Lenzius de Nom. & act. cess. c. 3. n. 19. (G) Ex quibus iustis titulis & causis jura cedantur, de iis agitur l. 22. ad l. 33. (H) sc. Cessionarios. p. 1. 14.

IV. DIVISIONES ab accidenti juris cessi potissimum sunt in Jus cessum voluntarium, quod spontè per donationem, venditionem aut dationem in solutum in creditorem translatum est l. §. 7. C. de her. l. act. ven. l. 2. l. 6. C. de O. & A. Et Necessarium, quod necessariò alteri cessum est l. 13. ff. de fideiuss. In Jus cessum publica auctoritate, quod publico instrumentò vel à iudice l. coram notario & testibus confirmatum est; Et in Jus cessum privatâ auctoritate, quod ex scriptura privata probatur.

V. OB.

V. OBJECTUM juris cessi constituunt I, regulariter  
omnia competentia & cessibilia nomina s. debita, per t. i. ff.  
C. de her. vel Act. vend. l. 4. si Nomen l. 6. emptori nominis l. 17.  
ff. eod. II. Omnes Actiones tam reales quam personales per fa-  
mosissimam leg: ult. C. eod. Et (1) quoad reales actiones Rei Vin-  
dicatio, & alix in rem actiones, ceduntur d. l. ult. C. eod. item actio  
Hypothecaria, quæ realis dicitur in l. 17. 18. C. de pignor. in alter-  
rum transferri potest l. 6. emptori nominis ff. de her. vel act. vend.

VI. Occasione hujus occurrit intricata & spinosa Quæstio;  
Num Actio Hypothecaria absque principali actione cedatur,  
ita ut cessâ hypothecariâ, translata non videatur principa-  
lis? De hâc quamvis dubio quasi Marte dimicaverint Dd. placet  
tamen affirmativa sententia, quæ nritur l. 2. C. de luit: pign:  
Intelligere debes vincula pignoris durare, personali actione  
submotâ, & l. 38. §. fin: ff. de solut: fidejussoriâ actione sublata  
pignoratitiam durare. conf. l. 27. ff. de pignor: l. 65. de leg: 3. l. 13. §.  
2. de pign: Trentacinq. Var. resolut. lib. 2. tit. de Act. resol. §. Dis-  
sentientibus verò Tiraquello de retr. act. lign. §. 26. gl. 1. n. 74.  
Donell. 16. comm: c. fin: lit: f. Cujac. 5. obs. 32. Eckolt. in Comm.  
ad π. tit. quib. m. pign. l. bypob: solv: §. 2. motis l. 178. ff. de R. l. 1. &  
l. 16. ff. de fidejuss. Resp. cum Trentacinq. c. l. actiones hypo-  
thecarias & fidejussorias ab initio quidem sine principali ac-  
tione constitui non posse, semel autem constitutas rectè se-  
parari atq; adeò cedi posse; aliter respondet Bachov. Tr. de pign.  
& bypob. c. 5. n. 2. quod regula sit intelligenda de iis, quæ planè  
ab aliis dependent, & sine iis subsistere nequeunt; obligatio vero  
pignoris propriam & separatam subsistentiam habeat.

VII. *Ususfructus* quoque ceditur ab usufructuario do-  
mino proprietatis, quæ cessio consolidatio appellatur. Q. An  
ususfructus etiam extraneo rectè cedatur? R. ex §. 3. l. de Usufr.  
quod non. Sed hoc simpliciter verum non est quia in d. §. 3. Inst:  
potius distinguendum est inter jus usufructus *Personale*, quod  
omnibus ipsius usufructuarii inhæret, ita ut licet per multas-



manus ambulaverit usufructus, tamen ubi de amittendo vel finiendo usufructu quæritur, persona ejus, cui usufructus primum constitutus, spectetur, per l. 8. §. ult. ff. de per. & com. rei vend. Bachov. ad Tr. vol. 1. disp. 16. t. 10. Et inter jus usufructus reale quod in utendo fruendo consistit, & extra personam usufructuarii est: illud rectè per locat. conduct. in alium transferri potest, quia perinde est, sive usufructuarius ipse, s. per alium utatur fruatur l. 38. l. 39. l. 67. de Usufr. ita tamen hoc procedit, ut soluto jure dantis, solvatur quoque jus accipientis l. 19. §. 1. ff. locat. c. 6. X. de donat. inter Vir. & Ux. l. 31. ff. de pign. Hahn ad Wesf. t. quib. m. Usufr. am. n. V. Ludvvell. disp. Inst. 13. t. 8. lit. D. Lenzius de nom. & act. cess. cap. 14. m. 5.

VIII. (2) Ceduntur porro actiones Personales, quod patet ex d. l. fin. C. de H. vel A. V. ita (1) per Cessionem præstatur alteri Condictio furtiva l. 38. §. 1. de solut. l. 14. pr. de furt. (2) Actio mutui l. 4. l. 6. 17. 19. de H. vel A. V. (3) Commodati & depositi. l. 12. ff. de re judic. l. 16. depos. (4) Actio ex stipulatu l. 126. §. 2. de V. O. (5) Empti & venditi, Locati cond. l. 47 ff. loc. l. 45. mand. l. 6. l. 14. eod. (6) Actio fidejussoria l. 42. §. ex plurib. ff. de adm. & per tut. (7) Insuper cedi potest actio ex simpliciori conventionem scilicet pacto de retrovendendo l. 122. §. 3. de V. O. quia hæc facultas moralis non est ad personam restricta (2.) propter l. ult. C. de ber. l. act. vend. (3) quia illa, quæ ad heredes transmittuntur, regulariter cedi alteri possunt arg: l. 42. de adm. Tur Tuschus T. 6. lit. P. conclus. 33. n. 1. Matth. Berlich. p. 2. concl. 2. n. 25. Tiraquell. de retract. lign §. 26. gl. 3. n. 1. Wesenb. Consil. 2. n. 57. Brunnem. de cess. act. c. 4. n. 33.

IX. Non solum nomina & actiones sed III. alia juris remedia, quibus id, quod nostrum est, persequimur, ceduntur, de quibus agit Card. Tuschus Tom. 1. Pract. Concl. 212. per tot. Veluti interdicta adipiscendæ, retinendæ, & recuperandæ possessionis, de quibus etiã ex professo tractavit Menoch: de rezin. poss. rem. 3. n. 258. Nam de interdicto uti possidetis, agunt, quomodo illud rectè cedatur

cedatur Menoch. c. l. n. 265. Sebast. Medices de conserv. poss. gl. 2. part. 2. n. 29. Ceditur etiam interdictum retinendæ possessionis quod adparet ex l. 16. §. 4. ff. de hered. petit. Menoch. de adipisc. poss. rem. 4. n. 252. imò jus paratæ executionis, & rerum propria auctoritate occupandarum l. fin: §. 1. C. de bon: auth: jud. poss. l. 7. ff. qui sine manumiss. ad libert: perven: Matth. Colerus de Process. execut: part: 2. cap. 2. Quin etiam remedium ex l. fin: C. de Edict: D. Hadr. toll. Tiraquell. de retract: lign. §. 26. gl. 3. n. 19. Menoch. de adipisc. poss. rem. 4. n. 249. Beneficium etiam restitutionis in integrum quandoque aliis ceditur, ad quod tamen specialis designatio requiritur l. 24. pr. ff. de Minor: l. 25. ff. de adm. Tut: l. 20. de Tut. & rat. distr. Mynsingerus cent: 4. obs. 18. Seb. Medices de conserv. poss. gl. 2. part: 3. n. 424. Joh. à Sande d. Tr: cap. V. th. 6. 7. Brunnem. de cess. act. cap. 4. n. 71.

X. Non autem sunt cessibilia Jura, 1. merè personalia veluti ususfructus, habitatio §. 3. Instit: de Usufr. vid. th. 8. (2) imò privilegia personalia, quæ personæ competunt, & cum illa extinguuntur, ultra personas itaque non extenduntur, multo minus ceduntur; uti clara occurrunt exempla in l. 42. ff. de adm. Tut. l. 4. de Usu & hab. l. 55. l. 46. §. 1. 2. de V. O. Brunnem. de cess. act: c. 4. n. 39. 40. De privilegiis Mulieris ratione dotis in cessionarios non transeuntibus agit Mynsing. cent: 3. obs. 3. itaq; privilegiū prælationis non ceditur l. 1. C. de privil: dot. l. assiduis C. qui pot: in pign: privilegia verò realia quæ rei coherent in cessionarium transeunt l. in omnibus 68. l. privilegia 196. ff. de R. l. Q. An juramentum præstitum à cedente in cessionarium transeat? Negatur, quia hoc juramentum personale est ex parte jurantis c. Veritatis X. de jurejur: l. generaliter 12. in pr. C. de reb. cred. Tiraquell. de retract: lign. §. 26. gl. 1. n. 79. Berlich. Decis. p. 2. decis. 165. n. 8. ad fin.

XI. Neque Actiones (3) criminales aut populares rectè ceduntur l. pen: §. ad Crimen. ff. de publ. judic. quia illæ actiones magis vindictæ publicæ, quam rei familiaris aut pecuniariæ

arianæ persecutionem intendunt, quoties verò hæ actiones  
 privatam utilitatem concernunt: rectè mandantur *l. 42. de  
 procurat.* Siquidem Criminales Actiones neque ante litem con-  
 testatam in bonis nostris computantur, *l. 32. ad L. Falc. l. pen: §. 1.  
 ff. de popul. act.* nec post litem contestatam, cum eo ipso jam  
 præjudicent. Q. An Actio Injuriarum cedi aut vendi possit a  
 aliis? Resp. Distingunt Dd. inter actionem injuriarum crimi-  
 nalem propositam, & privatam. De illâ negant, cum nemo cri-  
 minaliter agere possit, nisi ille cujus interest, *l. 13. ff. de off. Pras.  
 l. 26. ff. de pen.* De hæc vero æstimatoriâ affirmant, quia regula-  
 riter omnis actio cedi potest, per tex. in *l. fin. C. de H. vel A. V.  
 l. 4. §. 1. ff. cod.* à quâ Regulâ nusquam injuriarum actio exci-  
 pitur; Nam hæc actio in bonis quidem non est quoad transmis-  
 sionem heredis ante litem contestatam *l. 13. ff. de Injuriis.* in  
 bonis tamen esse videtur post litem contestatam *d. l. 13. & eo re-  
 spectu,* injuriarum actionem habens, dum in vivis est, eam  
 vel ipse intentare, vel ad alium cedendo transferre potest, & ita  
 etiam sentiunt magni nominis Jcti, Sichard. in *d. l. fin. C. n. 9.  
 Bart. in l. 28. Injuriarum ff. de Injuriis n. 1. Cyn. in d. l. fin. C. d. t.  
 verb. introducere Welenb. in nota. ff. de Injur. n. 13. Eckolt. ad  
 n. iii. de ber: l. act. vend. §. 4. (4) Actio litigiosa non ceditur  
 l. 2. l. fin: C. de litigiosis. B. Mevius P. 6 Decis. 17. Sande Tr. de cess.  
 act. cap. V. à n. 35. ad 22. (5) De Querela inofficiosi testamen-  
 ti dubitant nonnulli (inter quos est Joh. à Sande *d. l. c. V. n. 12.*)  
 moti imprimis *l. 1. §. sed si puta ff. si quid in fr. Patr. item l. 7. §. ult.  
 l. 8. §. 1. ff. de inoff. Testam.* an sit cessibilis? Sed resp. Joh. Brun-  
 nem, de *cess. act. cap. 4. n. 58.* cessibilem esse, quia hæc querela  
 inofficiosi testamenti non tendit tam ad vindictam, quam ad  
 persecutionem rei familiaris, & datur actio hæredibus & libe-  
 ris indistinctè sive querela præparata sit à defuncto sive non *l.  
 34. C. de in off. Testam.* (2) per regulam generalem in *l. fin. C. de  
 ber. l. act. vend.* à quâ hæc querela nullibi excipitur. [6] Non  
 ceditur petitio fidei commissi universalis alteri à fidei com-  
 missa.*

missario ante restitutionem *l. si mulier 59. §. 1. ff. de jure dot.*  
Brunnem. *de cess. act. cap. 4. n. 46. 47.* (7) Nec retractus con-  
sanguinitatis *l. jus uxoris uxoris* competens consanguineis, extra-  
neis ceditur, quia hoc jus eum in finem introductum est, ut  
bona conserventur in familia. Tiraquell. *§. 26. gl. 1. n. 1.* Carpz.  
*pr. C. 31. def. 29 [8]* Servitus quoque prædialis sine prædio non  
ceditur *l. 86. ff. de V. S.* Quæ verò sunt adhuc alia non cessibilia  
jura, de iis agit Brunnemann. *d. Tr. de cess. act. cap. 4. per tot.*

XII. PERSONÆ in jure cedendo occurrentes, sunt tres.  
1. Est *Cedens*, qui justo præcedente titulo jus suum in alium  
transfert. 2. *Cessionarius* in quem à cedente jura contra alium  
translata. 3. *Cessi nominis debitor* est subjectum passivum, qui  
invitus & inscius quoque cessionario obligatur *l. 3. C. de Her. l.*  
*act. vend.* Sed de his probè notandum, licet quilibet rerum sua-  
rum sit moderator & arbiter *l. 21. C. Mand. & nemo possit pro-*  
*hiberi, ne sibi nomina cedi curet, Mevius part. 3. decis. 239. & om-*  
*nia præterea censeantur juris permissione concessa, quæ non*  
*specialiter prohibita l. 28. §. quid ejus ff. ex quibus causis major-*  
*tamen omnia hæc intelligenda sunt de iis, qui liberam habent*  
*rerum suarum administrationem, atque adeò quovis modo li-*  
*citè sua jura in alterum transferre possunt; Omnibus autem*  
*illis, quibus à natura vel lege rerum suarum alienatio inter-*  
*dicta, actiones cedere permissum non est, quia cessio ipsa est*  
*alienationis species. Brunnem. de cess. act. c. 2. n. 1. 2.*

XIII. Indè patet, quod nec *Pupillus*, qui alienare non po-  
test, rectè sua jura absque tutoris consensu in alium trans-  
ferat. *arg. §. 1. Inst. de auth. Tut. l. 15. ff. de solut. l. 11. de a. r. o.*  
*d. l. 43. de O & A. Nec Furiosus l. 5. l. 40. ff. de R. L. §. 8. Inst. de In-*  
*util. stipul. nec Mente captus aut Prodigus d. l. 5. §. 40. de R. J.*  
*omnesque alii, qui non intelligunt, quid agant. Minor quoque*  
*res immobiles absque Magistratus Decreto cedere aut aliena-*  
*re non potest. Trentacinq. lib. 2. Resol. 9. n. 19. conf. l. 22. C. de*  
*adm. Tut. Brunn. c. l. c. 2. n. 3.*

XIV. Hi

XIV. Hi, qui ratione deficiunt & intellectu carent, nec cessionarii esse possunt, cum nihil acquirere valeant *l. 1. §. 12 ff. de O & A.* sed horum nomine tutoribus & curatoribus ceditur ab aliis. Porro & *Lege* quibusdam personis Jurium cessiones interdiciuntur l. omnibus illis, qui Potentioribus cedunt per *l. 2. C. ne liceat potent,* & quidem subjacturâ cessionis *d. l. Brunnem. cent. 1. decis. 53. n. 4.* Qui autem dicantur potentiores, illos refert *Trentacinq. lib. 2. Resol. 2. n. 6. tit. de postul. Menoch. de presumpt. lib. 3. pres. 129. n. 36. Tuschus T. 1. lit. C. concl. 208. Coler. de Process. Execut. p. 2. cap. 2. Frantzk. lib. 1. resol. 10. n. 15.* (2) Tutoribus & Curatoribus adversus pupillos & minores *auth. Minoris C. qui dare tut. l. jur. poss. Novell. 72. cap. 5.* Ratio, quia sæpius fiebat, ut Tutores l. Curatores redimerent inanes & infirmas lites ac actiones adversus pupillos, vel ut ex causa donationis actiones sibi cedi procurarent, & deinde supprimerent apochas, quibus pupilli sese defendere ac agentem repellere poterant, in *præfat. d. Nov. 72. Joh. à Sande d. Tr. c. 4. n. 22.* & si factæ fuerint istiusmodi cessiones tutoribus ab aliis tum cedens & cessionarius cessionis nomen amittunt, & totum cedit lucro pupilli vel minoris & ab utroque conveniri nequit. *d. Auth. Minoris C. qui dare Tut. poss. Rittershus. p. 8. c. 5. n. 17. ad Nov. 72.* (3) Et illis, à quibus iudicii mutandi causa & debitorem vexandi gratia quicquam cessionis aut alienatum est *l. 1. C. de alien. jud. m. c. f. Mevius P. 3. Decis. 239.* (4) Advocatis & Procuratoribus sub pactione de quota litis s. certæ partis tertiæ, quartæ, actionum cessiones inhihentur, adeò ut illis tanquam prædatoribus interdiciant advocacionibus & foro *l. 5. C. de postul. l. 20. C. Mand. l. 15. C. de Procurat. Brunnem. de cession. act. cap. 2. n. 44* [5] Patri adversus filium & vice versa filio adversus patrem nulla actio cedi potest, per *l. 7. ff. de O & A. l. 44. §. f. de jur. dot.* quia durante patriâ potestate habentur pro una persona *§. 6. Instit. de Inutil. stipul. l. 4. de judic.*

XV. Nunc

**§. XV.** Nunc dispicendum erit de illis, quibus cessiones  
jurium interdictæ non sunt, & quomodo hæ omnibus liberam  
rerum suarum administrationem habentibus concedantur  
*arg. l. 42. §. 1. ff. de Procurat.* Quidam autem liberè & pro suo arbi-  
trio jura sua in alios transferre possunt; quidam autem neces-  
sariò & inviti actiones & jura sua cedere compelluntur. Ita  
1. *Creditor* fidejussori suo solvere parato adversus debitorem,  
& alios confidejssores actiones cedere obstrictus est *l. 2. l. 11.  
l. 21. C. de fidejuss. l. 13. l. 36. ff. eod. l. 28. ff. Mand: Dav. Mevius p.  
VI. Decis. 125. n. 1. & seqq.* Et pignora, si quæ habeat, transferre de-  
bet *l. 2. c. de fidejuss. tum* quia hoc creditor sine suo damno face-  
re potest *l. 36. ff. de fidejuss. l. 38. de evict.* tum quia præter illas  
ipsi fidejussori adversus confidejssores aliæ non competunt  
actiones per *l. 36. 39. ff. de fidejuss. l. 1. C. eod. Tuschus T. 1. Pract:  
Cencl; 211. n. 31.*

**XVI. Q.** Quomodo hæ actiones à creditore fidejussori con-  
tra debitorem & confidejssores cedi debeant: an in solidum,  
an vero pro ratâ & detractâ solventis fidejussoris parte? Resp.  
*affirmando posterius*; quia per epistolam. D. Hadriani introdu-  
ctum est, ut fidejssores, qui olim ipso jure in solidum tene-  
bantur, non nisi pro virilibus partibus conveniantur *§. si plu-  
res Instit: de fidejuss.* Hinc etiâ patet, cum fidejssor non nisi id,  
quod amplius sua parte solvit, repetat, quod ita etiâ si uni fide-  
jssorum solventi & satisfaciendi creditor contra debitorem,  
aliosque confidejssores omnia sua jura in solidum cesserit,  
isthæ cessio eò non extendatur, ut suam quoque debitam  
partem, quam creditori solvit, ab alio fidejssore repetere pos-  
sit, sed illa semper excepta est *Nov. 4. c. 1. in fin: l. 2. C. de fidejuss.  
l. 17. 36. 39. ff. eod. Hering. de fidejuss. part: 3. cap. 27. n. 33. Dav.  
Mevius p. 3. decis. 234. n. 6. 7. 8. Struv. Exerc. 47. t. 45.* Si tamen  
creditor fidejssori soluturo actiones cedere nolit, hic ceden-  
darum actionum exceptione tutus est *d. l. 17. l. 36. de fidejuss. l. 11.  
C. eod: de quo beneficio agit Mevius p. 6. Decis. 125. n. 7. Sande  
d. Tr. c. 6. d. n. 25. ad 42.*

B

XVII.

XVII. Quæstionis est; An hæc exceptione cedendarum actionum creditor tum à fidejussore repellatur, si ille actiones adversus debitorem aut reliquos fidejussores culpâ vel facto suo amiserit, ut illas jam amplius cedere nequeat? Affirmatur per expressum tex. in l. 95. §. si creditor, pen: ff. de solut. Si creditor à debitore culpâ suâ causâ ceciderit: propè est, ut actione mandati nihil à mandatore consequi debeat: cum ipsius vitio acciderit, ne mandatori possit actionibus cedere. (2) ex l. 17. ff. de fidejuss. & l. 21. C. eod: (3) quia beneficia nostra alieno facto nobis adimi nō possunt leg. quod nostrum l. non debet 74. ff. de R. I. Mevius part: 6. Decis. 125. n. 2. Sande d. cap. 6. n. 43. Dn. Struv. Ex. 47. t. 45.

XVIII. II. Cogitur quilibet venditor emptori actiones, post venditionem ratione rei venditæ & nondū traditæ ortas & acquisitas, tradere, v. g. Si res vendita absq; culpâ venditoris subrepta sit, tum venditor emptori suo vindicationem & condict. rei furtivæ exhibet l. 35. §. 4. ff. de contrab. empt. §. 3. Inst. de empt. & Vend: l. 31. pr. ff. de contr. empt. quia ante traditionem emptor ipse has actiones nō habet, dd. tex. Et quamvis ab initio voluntatis fuerit venditori rem suam vendere l. 11. l. 12. C. de contr. Empt: re tamen venditâ, necessitatis vinculo astringitur actiones civiles, ejus rei nomine competentes, præstare, per l. 5. C. de O & A l. 17. §. 3. ff. commod.

XIX. III. Heres Ex SC. Trebelliano actionibus cedere cogitur fidei commissario l. 73. ff. ad SC. Trebell. IV. Quilibet Coheredum factâ inter ipsos divisione, obstrictus est alteri actiones mandare aut præstare l. 1. §. fin: ff. fam. ercis. V. Creditor soluto pignore cogitur debitori præstare actiones ex pignore acquisitas, per l. 13. ff. de Pignor: act: item justo possessori nomen & actionem offerenti cedere tenetur, per l. 19. ff. qui pot: in pignore VI. Procurator debet actione acquisitâ suo cedere domino ex cujus mandato contraxit l. 2. C. per quas pers. cuiq; acqui. Exempla passim occurrunt (1) in l. 49. §. fin: ff. de a. 2. d. (2) l. 43. ff. Mand: (3) in l. 45. ff. d. s. Plura qui desiderat, vid: Joh, à Sande de cess: act.

*act: cap. 6. n. 9. 10. VII. Minor cedat creditori suo actiones, si pecuniam, quam mutuo accepit, egenti debitori iterum credidit l. 27. §. 1. ff. de minor: VIII. In Judicio depositi vel commodati quanquam dolo adversarii res absit, condemnato succuri solet, ut ei actionibus dominus cedat l. 12. ff. de re Jud. De aliis personis necessario actiones & jura cedentibus, vid: Tusch: I. 1. pract: Conclus: 211. per tot.*

XX. De cessi nominis debitore superest quaestio; An hujus consensus requiratur ad ipsam cessionem ut valeat? *Negatur*, quia negotium solum inter cedentem & cessionarium, non item inter cessi nominis debitorem agitur. 2. quia debitor novam obligationem non suscipit, sed actio vetus ceditur, quae fuit penes cedentem, atque adeo illa invito & ignorante debitore cedi potest, per l. 3. C. de her: l. act: vendi. l. 2. C. de donat:

XX. FORMA juris cessi partim etiam consistit in justo TITULO & CAUSA: quemadmodum enim nuda traditio non transfert dominium, sed ita, si venditio aut aliqua justa causa praecesserit, propter quam traditio sequeretur l. 31. pr. ff. de A. R. D. ita quoque per nudam cessionem nomen aut actio non acquiritur nisi interveniente justo titulo & causa, quod ad patet ex l. qui stipendia 9. C. de Procurat: ibi: honesta & verecunda praecedente causa mandatas sibi actiones exercuerit, atque adeo sine justa causa & titulo facta cessio non valet per l. 22. C. Mand: Tuschus t. 1. pract: concl. 204. n. 10. lit: C. Berlich: p. 1. pract: Concl: 55. n. 47. Mevius p. IV. Decis: 323. n. 9. Brunemann. de cess. act: c. 1. n. 11. 12.

XXI. *Requisita* Titulorum in cessione sunt haec 1. ut tituli sint jure approbati & justii, quales sunt & habentur (1) Datio in solutum l. 5. C. de exc. rei jud: l. 22. C. Mand: l. 15. §. 8. de re jud. Dav. Mevius p. IV. decis: 223. n. 3. (2) Titulus legati per l. 15. pr. ff. ad L. Acquil. l. 39. §. 3. ff. de leg: 1. (3) dotis l. 2. C. de O. & Al. 41. §. 3. ff. de jur: dot. (4) Empti & venditi l. 3. l. 33. C. de donat. l. pen: C. Mand: Ex hisce titulis cessionarius probare debet, suum cedentem jus ce-



endi habuisse, cum nihil cum effectu cedi possit, quod non legitime fuit penes Autorem, Mevius *part. 8. Decis. 81. n. 3. 4.*

XXII. II. Requiritur, ut titulus revera subsit, & per cessionarium probetur, quod cessio facta non sit partim ex causa vera, partim ex causa falsa, per famosissimas Constitutiones Imp. Anast. in l. 22. §. 23. C. Mandi: quales recensentur in d. d. constitut. Quod in iis cessio non valeat (1) licet in Instrumento cessionis scriptum sit, venditionem esse factam *d. l. 22. verb: licet in instrumento cessionis* (2) Et licet dicatur pro parte donatum nomen *l. 23. in pr. licere nulli partem & c.* (3) Et si persona interposita, cui dicatur pro parte cessum nomen *d. l. ult. §. 1.* (4) si quis donet in totum, aliquid tamen recipiat *d. l. ult. §. 2.* (5) si æquivalens pretium numeratum, sed cessionario redditum. (6) si quis titulo permutationis pro nomine cesso speciem det, cujus tamen pretium non est nominæ æquivalens *arg: d. l. pen: verb. usque ad ipsam tantum & c.* omnes itaque simulati tituli improbantur, & per d. d. constitut. Imp: Anast. infringuntur. sunt tamen quam plurimi casus, in quibus cessiones validæ & permissæ sunt, quos brevitatæ studio prætereo, meque remitto ad B. Brunnem, *Com. ad d. l. 22. §. 23. C. Mandi & Tr. ejus de cess. act. c. 1. n. 26. 27.* Meuocho: *de prasum: lib. 3. pras. 129.* Tuschust. *1. pract. Concl. 209. n. 1. per tot.* Carpz. *p. 2. const. 30. def. 35.* Berlich. *p. 1. Decis. 32.* Et licet callidas ejusmodi cessiones juramento quis confirmaverit, tamen illud juramentum non est obligatorium, quia est contra bonos mores *c. non est. 58. de R. l. in 6to.*

XXIV. III. Requiritur ut actionis cessio tantum valeat, quoad pretium pro illa revera numeratum *d. l. 22. per diversas verb. usque ad ipsam tantum solutarum pecuniarum quantitatem,* ideoque cessionarius ultra revera solutum pretium & usuras nihil quicquam à debitore exigere potest, v. g. si quis pro 100. Imperialibus comparasset nomen 150. Thal. cum cessâ actione, non nisi centum exigar, quas revera solvit, à debitore cesso. Introduceta est hæc Constitutio Anastasiana in odium lites redimen-

dimentium, & usurariorum, ut litium & causarum intercepro-  
ribus & quadruplatoribus spem lucri præcideret Imperator, &  
cessiones actionum & jurium ita coarctaret, ut in emptorem  
non amplioris summæ exactio transferatur, quam efficit soluti  
pretii quantitas & usurarum ejus *d. l. 22. C. Mand.*

XXV. Quam maximè autem inter Dd. contro vertitur;  
Ad quem illud, quod solutam pretii quantitatem excedit, per-  
tineat: An illud cedat lucro cedentis, an vero fisco cedat, an lu-  
cro debitoris? Disceptantium quidam id lucro debitoris adscri-  
bunt, sed in tantum, prout illud conceditur in §. 1. 2. *d. l. ult. C.  
Mand.* in quâ sententiâ esse videntur Carpzovius in *jurispr. for.  
Sax. p. 2. c. 30. def. 37.* Berlich. *p. 1. decis. 35. n. 4.* sed hæc non sub-  
sistit propter generalitatem Textus in *d. l. ab Anastasio C. Mand.  
Verb. omne quod superfluum est, & per fictam donationem transla-  
tum in utile esse ex utraque parte, neque ei qui cessit actiones, neque  
ei qui suscipere curavit, aliquid lucri fieri vel remanere.* Inde 2.  
*Alii* id indistinctè lucro debitoris cedere putant Joh. à Sande  
*de cess. act. cap. XI. n. 10.* Finckelthul. *Obs. 17.* Mevius *de levam.  
inop. Debit. c. 7. n. 21.* Richter. *Decis. 36. n. 24.* Struvius *Exer. 23. t. 87.*  
& huic sententiæ ipse Brunnemann. *ad l. ult. C. & in tr. de cess. act.  
c. 1. n. 87.* favet tanquam textui convenientiori, quam funda-  
tam esse putat in *d. l. ult. §. ult. Verb. Et justum quidem fuerat hoc  
remedium Debitoribus ab Anastasianis temporibus impertiri.* Quod  
hæc constitutio in favorem debitorum introducta sit. Sed nec  
hæc sententia omnibus placet, ideoque resp. Franzk. *l. 1. Resol. 9.  
n. 23.* Non sequitur, si Anastasii constitutio in favorem debitoris  
introducenda & lata est, ergò superfluum ipsius lucro cedat, quia  
in eo favor satis conspicitur, dum molestiis & vexationibus  
cessionarii, quas ille forsitan intendebat, liberatur, ut in damno  
non sit, aut necesse non est, ut inde in lucro constituatur. Ideoq;  
3. *Alii* id Fisco s. Magistratui applicant propter vitium scænis  
iniquum, quod crimen publicum est, ideoque publicè vindi-  
candum in pœnam usurariæ pravitatis. 2. quod alicui impium

Iurum ex delicto non sit concedendum per l. fin. C. de reb. cred: 3. illudq; probatur ex Ord. Polit. zu Grandfurt. de Ao. 1577. tit. von wucherlichen Contracten. Ex hisce & aliis rationibus motus fuit Carpzovius, ut à priori sententia, quam defendit in Ipr. for. Sax. p. 2. c. 30. def. 37. recesserit, & huic sententiæ adstipulatus fuerit in Resp. Elect. lib. 5. Resp. 33. n. 31. Et ita etiam in summo Tribunali Wismariensi decisum esse, refert B. Mevius part. III. Decis. 1. per tot. ideoque huic sententiæ non possum refractarius aut contrarius esse.

XXVI. Requiritur denique IV. ut titulus, si non expressè & explicitè, tamen implicitè ponatur in instrumento cessionis, ita ut ex conjecturis iste appareat. Trentacinq. lib. 2. Resol. 2. n. 2. tit. de Act. Hinc instrumentum, si causam cessionis, quid & ex qua causa debitum fuerit cessum, non contineat, illud non valet. D. Mevius p. IV. Decis. 372. n. 1. 2. & seqq. perindè autem est sive iste titulus ab initio s. in medio s. in fine ponatur & exprimatur, dum modo de eo ex instrumento constet. Alexan. Trentacinq. c. l. resol. 2. n. 10. Frantzck. lib. 1. resol. 8. n. 8.

XXVII. Instrumentum autem cessionis est vel publicum, quod coram Notario & duobus Testibus confectum, vel à Testibus probatæ fidei subscriptum l. ii. in fin. C. qui pot. in pign. Privatatum, quod dicitur scriptura privata, quia privatim illud inter cedentem & cessionarium fit, & ex hujus privatae scripturæ seu chirographi possessione cessio præsumitur. Matth. Colerus Process. Execut. p. 2. cap. 2. n. 62. Mevius p. 1. Decis. 160. n. 3. Hic quæri solet; An cessio iurium & actionum possit absenti creditori mediante epistolâ fieri? affirmatur, quia certum est, quod in contractibus qui solo consensu perficiuntur, absenti omne jus quærat, scilicet interveniente nuncio l. epistolâ l. 2. §. 2. ff. de O & A. Sed agit ulterius de hac quæstione Nicol. de Passeribus de script. priv. l. 3. q. 10.

XXVIII. Notandum quod hodiè ex consuetudine Mercatorum

catorum literis & obligationibus vulgaris clausula inferatur; Allen getreuen Brieffes einhaben/ & hæc more recepto, cessionem inducit, ut ille, qui eam exhibet, petere illud possit, quod in litteris obligatoriis cessionem Matth. Colerus *Process. Execut. p. 2. cap. 2. n. 80.* Trentacinius *lib. 3. tit. de solut. resol. 17. n. 19.* hæc enim adjectâ clausulâ, instrumentum in cessionarium conceptum intelligitur. Mevius *p. VII. Decis. 311.*

XXIX. EFFECTUS juris cessi considerari tripliciter possunt, vel respectu cedentis, vel respectu cessionarii, vel respectu debitoris cessi: proinde Opera pretium erit, ut de illis potissimum juris effectibus quoad has personas seorsim & distinctè quædam subjiciam.

XXX. *Effectus* juris cessi respectu CEDENTIS in sequentibus consistunt (1) Cedens debet præstare cessionario *verum* nomen, cujus ille creditor est, & quod cessionarii fieri potest *l. 4. de her. l. aet. vend. l. 74 §. fin. ff. de Eviçt.* Verû autem nomen non dicitur, si illud nõ sit certû, liquidum, aut per solutionem sublatû, tum enim obstrictus est cedens ad pretii refusionem, & eorum, quæ accepit, restitutionem Carpzov. *p. 2. c. 34. def. 27.* Vel si nomen cessionum sit laceratum aut cassatum nihil agitur *arg. l. 57. ff. de contr. empt. Klock. vol. 3. Consil. 108. n. 58. Brunnemann. cent. 3. Decis. 48. n. 4. & 5.* Imò si nomen hereditarium in solutum datum, quod verum non repertum s. evictum est, adeoq; quod deficit, ab herede juxta vires hereditatis refundendum est, B. Mevius *p. VI. decis. 272. n. 6.* Idcirco cedens ad *verum* quidem nomen, sed non *ad bonum & exigibile* præstandum obstrictus est *d. l. 74. §. fin. ff. de Eviçt. l. 4. de her. l. aet. vend.* Ratio hujus rei est, quod ipse cessionarius sibi imputer, se cessionem nomen ut idoneum recepisse, ac in conditionem debitoris cessi diligentius non inquisivisse *arg. l. 19. ff. de R. l. l. si fundum C. de eviçt. Carpzov. p. 2. c. 34. d. 26. Frantzk. in Commen. ad π. tit. de Eviçt. n. 62. Mevius p. 6. decis. 272. n. 7. Joh. à Sande*

*d. Tr.*

**l. Tr. 9.** Interdum tamen cedens etiam ad bonitatem cessi nominis si ejus interesse obligatus videtur, v. g. si ita conventum fuerit, quod praesumitur, si cedens non solum nomen verum sed & exigibile cesserit, & dixerit, se curaturum, ut debitor justo tempore ad quod tenetur, & quod cessum praestet B. Meyius p. 3. Decis. 206. per tot. it. p. 7. Decis. 182. n. 2. Idem laudatus Autor in *levam. inop. debit. c. 7. n. 46.* Berlich. p. 2. *Decision. 290. n. 6. 7. & seqq.* Imò tum quoque, si tale quid actum, ut ex eo evictio boni nominis adpareat *l. 11. ff. de act. empt. v. g.* Si cedens cessionario persvasit & ut idoneum nomen cessum reciperet & falso quid de idoneitate nominis venditi affirmaverit, ad evictionem ratione bonitatis tenetur, ut praestet, quod affirmavit per *l. 13. §. 3. ff. de act. empt.* Brunnem. *Cent. V. Decis. 22.* idem dicendum si cedens solutionem debiti promiserit.

**XXXI. (2)** Porro cedens rem in obligatione cessam e. g. pecuniam etiam solvat & tradat, nuda enim chartacea cessio non transfert rei cessae dominum, nisi ipsa traditio insequatur, & solutio accedat, quod probat satis clarè *l. 20. C. de pact.* quod non nudis pactis, sed traditionibus, atque usucapionibus demum transferantur rerum dominia, uberius hac de re agit Dav. Meyius *part. 7. Decis. 482. n. 1. 2. 3.*

**XXXII. (3)** Cedens quamvis utilem actionem in cessionarium transferat, facta tamen cessione, directam actionem retinet, per *l. 3. C. Mand.* ibique Brunnemann. *n. 1. 2. & seqq.* quia hæc ossibus creditoris inhaeret inseparabilis; inde etiam cedens post cessionem, re tamen adhuc integrâ *l. 3. C. de novat.* nomen cessum ipsemet directa actione petere potest *l. 3. C. Mandati l. 7. C. de her. vel act. vend. l. 4. C. que res obligari possunt.* Trentacinquius *lib. 3. tit. de solut. resolut. 14. in pr.* Christ. Lenzius *Tr. de nom. & act. cess. cap. 29. memb. 2.* Brunnemann. *de cess. act. cap. 1. n. 8. 9. 10.* (4) Potest quoque cedens cum debitore cessio re adhuc integrâ transigere & pacisci *l. 3. C. de novat. l. fin. ff. de transact.* Brunnemann. *cent. 3. Decis. 47.* (5) Reverò non amplius integrâ

integrâ h. e. postquam cessionarius ad impleverit tria illa requisita in  
l. 3. C. de Novat. unum idemque debitum cedere duobus non potest, sed  
si cesserit, prior potior est; Re verò adhuc integrâ duobus cessionariis  
si unius ejusdemque nominis cessio facta fuerit, ratione hujus, ille po-  
tior est, qui prius denunciavit debitori & præoccupavit; sic enim, qui  
prior tempore, potior jure l. 3. C. de Novat. plura hac de re habet Alex.  
Trentacinius lib. 3. Var. resol. 15. tit. de solut.

§. XXXIII. Effectus juris cessi respectu CESSIONARII sequentes  
sunt (1) Cessionarius ratione nominis cessi sit procurator in rem suam,  
& utramq; actionem, directam tamen ex cedentis nomine exercere l. 8.  
l. fin. C. de her. vel act. vend. utilem verò ex sua persona suoque nomi-  
ne intentare potest. l. 2. C. de O. & A. l. 16. ff. de pact. l. 5. l. 7. C. de her.  
vel act. vend; Eckolt ad π tit. de her. vel act. vend. §. 5. (2) Utitur  
cessionarius jure cedentis tam activè quam passivè, & ejus personam  
representat; ut debitum à debitorum exigere vel remittere possit l. 16. ff.  
de pact. latè hoc extendit Tusch. Tom: 1. pract. Conclus: 213. per tot.  
liquet inde & hoc, quod cedenti obstat, etiam cessionario noceat, Me-  
vius part: 3. decis: 234.

XXXIV. (3) Cessionarius quidem iterum alteri nomen cedere  
potest l. 1. §. 8. l. 55. §. 2. ff. ad SCT. Trebell: ast alter ille cessionarius  
non ex jure prioris cessionarii, sed primi cedentis agat l. 1. C. de O & A  
l. fin. C. si sicut vel priv. debeat l. pen. C. de H. vel A. V. Mevius part.  
8. Decis. 81. n. 1. 2. 3. 4. (4) Cessionarius, qui vice mutua convenitur, op-  
ponere potest compensationem ejus debiti, quod in ipsum per cessionem  
translatum est, per l. 18. ff. de Compensat: dummodo lis contesta-  
ta fuerit, & denunciaverit debitori cessionem sibi esse factam l. 3. C. de  
Novat l. 55. §. ult. de Procurat: l. 1. l. 6. l. 7. C. de O & A. Struvius Syn-  
jur. Civ. Exer. 21. r. 25. Joh. à Sande de cess. act. cap. 10. n. 12. Hahn ad  
Wesemb. tit. de compensat n. X. in fine, Trentacinius lib. 3. resol. 1. n.  
6. tit. de Compensat.

XXXV. Uti (5) cedenti ita & cessionario executivi processus  
facultas conceditur adversus suum debitorem, Coler. de Process. Execut.  
P. 2 cap: 2. n. 69. Mevius part: 6. decis. 16. (6) Uti autem periculum no-  
minis venditi, & ejus pignorum ad emptorem pertinet l. 13. de pignori:  
& hypoth. ita etiam cessi nominis periculum regulariter ad cessiona-  
rium spectat, idque probatur ex l. 66. §. 2. ff. de solut. l. 31. ff. de act. emp:  
l. 17. in fin. l. 30. ff. de heredit. petit: l. 4. ff. de H. vel A. V. Lenzius de  
nom: & act. cessis c. 27. m. 7. n. 2. Berlich: p. 2. Decis: 290. n. 3.

XXXVI. Lubet illam annexere hic quaestionem; Si cessionarius cum

~~Cedente vetere creditore in uno iudicio concurrat, & velit se potius admitti ad agendum, an in hoc concursu cessionarium cedenti sit preferendus? Resp. quod sic: cessionarium enim potius cedente esse probatur per expressum text: in l. 55. ff. de procurat: ibi Procuratore in rem suam dato, preferendus non est Dominus procuratoris in litem movendam aut pecuniam suscipiendam, qui enim suo nomine utiles actiones habet, ritè eas in tendit; insuper illud patet ex l. 18. ff. de pignor: act: l. 28. ff. de Procurat: Alex: Trentacinqius lib: 3. resol. 29. n. 3. tit: de solut: Joh à Sande d. Tr. cap. 12. n. 4. § 6.~~

XXXVII. Pauca quædam adhuc subijciam de effectibus Juris cessi respectu DEBITORIS cessi (1) Hic enim facta cessione utriusque debitor & cedentis & cessionarii existit, nam cessionarius quoque ejus creditor est, quippè qui ab illo invito pecuniam Jure cesso debitam extorquere potest l. 3. C. de H. vel A. V. l. 12. C. de donat: l. 108. ff. d. V. S (2) debitor impunè cessionario solvere l. 16. §. si cum emptore ff. de pactis & doli exceptione cedentem repellere potest. d. l. 16.


XXXVIII. (3) Cessi nominis debitor, compensationem, quam cedenti opponere potest, rectè etiam cessionario suo obiicit, quia compensatio illa non personæ, sed rei coheret, si debito annexa est l. 7. ff. de except: arg: l. 4. §. 5. ff. de compens: solutionisque vicem obtinet l. 12. C. de compensat: Non potest enim creditor alteri cedere actionem debiti, ut in illa compensatio locum non habeat, quâ ipso Jure actio perimitur, si debitor eâ uti velit, quia nemo plus Juris in alterum transferre potest, quam ipse habet per. l. 54. ff. de R. L. atque hæc sententia communi Dd. calculo est approbata & recepta Alex. Trentacinqius lib 3 resol: 1. n. 6. tit: de compens: Matth: de Afflictis decis: 163. n. 5. Mevius part: IV. decis. 140. Joh. à Sande de cessi: act: cap: 13. n. 4. Du. Struvius Synr: Jur: iur. Exerc: XXI. t. 25. n. 6.

XXXIX. Veniunt nunc ea, quæ juri cesso sunt CONTRARIA, pertractanda, & quomodo per ea Jus cessum evertatur & per exceptiones actiones cessa elidantur, verum cum ex præcedentibus hæc maxima ex parte dilucidè pateant, imprimis si illa desumantur (1) à personis cedentium, de quibus t. 13. 14. 15. (2) ratione obiecti à non cessibilibus actionibus & nominibus de quibus t. 10. §. 11. (3) vel à forma s. titulis fidei & simulatis de quibus t. 6. 23. 24. 25. actum fuit; ideoque plura de iis hic adducere lege prohibeor: cum Inaugurales Disputationes pluribus quaternionibus extendere, Statutum Ampliæ Facult: Jur: prohibeat.

SOLI DEO GLORIA.







act: cap. 6. n. 9. 10. VII. Minor cedat  
si pecuniam, quam mutuo accepit,  
credidit l. 27. §. 1. ff. de minor: VIII. In  
modati quanquam dolo adversarii re-  
cuii solet, ut ei actionibus dominus  
aliis personis necessario actiones & ju-  
I. 1. pr act: Conclus: 211. per tot.

XX. De cessi nominis debitore  
jus consensus requiratur ad ipsam cessionem  
tur, quia negotium solum inter cedentem  
item inter cessi nominis debitorem ag-  
viam obligationem non suscipit, sed ad  
fuit penes cedentem, atque adeo illa in  
tore cedi potest, per l. 3. C. de her: l. act: 2

XX. FORMA juris cessi partim  
TITULO & CAUSA: quemadmodum  
transfert dominium, sed ita, si venditi-  
praeceperit, propter quam traditio sequi-  
D. ita quoque per nudam cessionem re-  
quiritur nisi interveniente justo titu-  
ret ex l. qui stipendia 9. C. de Procurat: ibi  
precedente causâ mandatas sibi actiones  
sine justâ causâ & titulo facta cessio non  
Tuschus t. 1. pr act: concl. 204. n. 10. lit: C. Be-  
n. 47. Mevius p. IV. Decis: 323. n. 9. Brunem

XXI. Requisita Titulorum in cessionibus  
lis sint jure approbati & justis, quales sunt  
in solutum l. 5. C. de exc. rei jud: l. 22. C. Mand:  
Mevius p. IV. decis: 223. n. 3. (2) Titulus leg-  
quil. l. 39. §. 3. ff. de leg: 1. (3) dotis l. 2. C. de  
dot. (4) Empti & venditi l. 3. l. 33. C. de dot.  
hisce titulis cessionarius probare debet.

B 2

no actiones,  
itori iterum  
ositi vel com-  
emnato suc-  
dere Jud. De  
s, vid: Tusch:

stio; An hu-  
leat? Nega-  
narium, non  
debitor no-  
ditur, quæ  
prante debi-  
donat:

stit in justo  
traditio non  
a justa causa  
pr. ff. de A. R.  
ctio non ac-  
quod ad pa-  
verecundâ  
t, atq; adeo  
22. C. Mand:  
act: Conclus: 55.  
ff: c. 1. n. 11. 12.

ec t, ut titu-  
r (1) Datio  
re jud. Dav.  
ff. ad L. Ac-  
3. ff. de jur:  
Mand: Ex  
tem jus cea-  
dendi

